





EX-LIBRIS

WOJEWÓDZKIEJ  
I MIEJSKIEJ  
BIBLIOTEKI  
PUBLICZNEJ  
IM. MANUELA SMOŁKI  
W OPOLU

COMMENTATIO BREVIS

EX

HISTORIA LITERARIA,

QUA

DE QUIBUSDAM

SILESIIS ERUDITIS

IN

POLONIA MUNERIBUS FUNCTIS

pauca dissipit

CHRISTIANUS FRIDERICUS PARITIUS,

*Pratislavia - Silesius.*

Phil. Doctor,

Sodalis Soc. Lit. Cracoviensis.

---

CRACOVIAE,

Typis Academicis. MDCCCXVL



3005  
1005 \$

884[09]

ZBIORY SLASKIE

W VI 110  
MARC

884(09)  
Parit  
Componit.

Lectori Salutem.

Ea semper erat Polonorum humanitas, ut Polonia exules nunquam non benigne exciperet et aleret. Quo factum est, ut omni fere aevo depresso sorte iniqua homines in Poloniā fugerent, et ibi sedem securam invenirent. Quare mirum esse non potest, quod quum religionis causa multa sseculo XVI. exorta essent dissidia eaque omnes Europae respublicas turbassent, tranquilla ab his turbis ob insignem Jagellonianarum Regum moderationem Polonorum terra asylum omnibus fuerit, quo qui nullibi forte tutum sibi locum reperissent, sine fraude confugerent. Sed brevi summa Poloniae felicitas regnante Sigismundo III. immutata fuit. Verum tamen quamvis pace pudica turbata et felicitate regni imminuta non potuit ingenua Polonorum liberalitas et hospitalis mansuetudo ita labefactari, ut vicina Silesiae regio hospitibus bello tricennali ob diversum religionis cultum vexatis receptaculum et avita sede pulsis et extorribus refugium non praebuerit. Bis igitur Silesii, natione Germani, plerumque pannifices industrii et alii opifices laboriosissimi eorumque Antistites, concionatores et praeceptratores scholarum in Poloniā fugerunt. Primum circa annos 1628 et 1629, quando Turmae Dimacharum Lichtensteinianorum, vulgo Salvatorum manipuli die Seligmacher Germanice dictae, vi et armis Glogoviae et in aliis oppidis ad saera Catholica incolas Augustanae Confessionis Invariatae compellebant, deinde anno 1653 et 1654, quando in duebatibus haereditariis Silesiis, scilicet in illis, qui extincta fatis Pia斯特orum vel aliorum ducum Silesiorum stirpe ad Augustissimum Imperatorem Ferdinandum III. vel Decessores ejus devenerant, facta fuit reformatio, quae erat publica omnium templorum viriusque Augustanae Confessionis clausura et sup-

A \*

pres-

presio. Nam quum pace Westphalica facta a. 1648—1650 decreatum fuisset, ut tria ad liberum Augustanae Confessionis Invariatae exercitium Suidnicii, Javoriae et Glogoviae nova templo Evangelico-Lutherana conderentur, caetera omnia, quae passim in Ducatis Suidnicensi, Javorensi et Glogoviensi et alibi exstabant, jubente Caesare, quadriennio, post sublata, eorumque concionatores in exilium acti sunt. Quorum quidem plurimi, dum Vladislao IV. regnante nova oppida Ravatum (1638), Zduny (1637), Neo-Bojanova, et alia in Majori Polonia ab exilibus Silesiis paullatim condita fuerunt, v.g. Schlichtingsheim (Szlichtinkowo) ab a. 1610, in illa Poloniae Provincia, quae nunc Magnus Ducatus Posnaniensis sub auspiciis Potentissimi Borussorum Regis Wilhelmi III. dicitur, asylum tutissimum nacti sunt. Horum itaque Augustanae a. 1532 editae Confessioni addictorum Concionatorum et Praeceptorum elenchum brevem cum eorum scriptis ordine alphabetico exhibere statui, ut ea, quae ad rem literariam qualicunque modo et Germanicam et Latinam et Polonicam pertineant, inde facile apparerent.

I. David Godofredus Arnhold, Pastor Neo-Bojanowae et ceterarum ecclesiarum invariatae Augustanae Confessionis in Polonia majori Consenior.

Natus Mega-Tschirnae Silesiorum die 3. Maii 1630, patre Matthaeo, Pastore loci, matre Anna Reehart. Propter calamitates belli tricennialis scholam Lissensem in Polonia frequentavit a 22. Januarii anni 1640 usque ad 15. Martium anni 1646, quo die sese Vratislaviam contulit, ibique in Gymnasio Magdalenaeo studia prosecutus est per quatuor annos. Tandem Academiam Lipsiensem die 14. Maii 1650 ingressus sequenti die immatriculatus est. Aliquot septimanis post Vitebergam se contulit, ibique studiis ita se dicavit, ut anno 1651 Magisterii titulo a Decano D. Wendlero ornatus sit, pracha-bitia Disputatione publica: De Libertate, sub Praesidio M. Adami Etzleri Vratisl. Anno 1652 Viteberga die 13. Octobris profectus est, die 26. mensis ejusdem autem in patriam rediit, ubi die 14. Martii 1653 vocationem et substitutionem ad pastoratum in patria accepit, et Lignicci die 28. ejusdem mensis et anni

exa-

examinstus ordinatusque est. Cum autem vi reformationis templum die 8. Decembris 1653 a Commissariis Caesareis clauderetur, cum parentibus suis die 2. Februar. 1654 emigravit et Bojanowanum sese contulit. Post mortem patris sui (qui obiit die 19. Novembris 1654) vocationem accepit die 1. Septembris 1655, ad Diaconatum Bojanowensem et Dominica XV. post Trinitatis ejusdem anni introductus est. Anno vero 1659 Pastoratum ibidem accepit, et 15. Junii Dom. I. p. Trinit. primam habuit concionem, et anno 1666 factus est Con-Senior Ecclesiarum Aug. Confess. in Polonia.

Conjugium init die 9. Maii 1656 Schlichtingoviae cum pudicissima virgine Susanna, Casparis Pomerani Pastoris ibidem unica filia primi conjugii, ex qua suscepit tres filios et quinque filias. Tandem laboribus, senio et morbis debilitatus vitam clausit die 27. Decembris 1699, natus 70 annos minus 17 hebdrom.

Scripta ejus sunt:

- 1) Diss. de libertate, praes. M. Adamo Ezlero Vratisl. Viteb. 1651.
- 2) Der Nahme über alle Nahmen, oder der heilige, mächtige, liebliche, tröstliche Nahme Jesus. Wittenb. 1652 4to.
- 3) ΘΕΟΦΙΛΑ Christianorum Panacea, d. i. die allgemeine Wunderkraft der Liebe Gottes, aus Röm. 8. 28 Leichpred. auf Theophilum Pitiscum Past. in Neu-Bojanowa. Liegnitz 1658. 4to. 6<sup>½</sup> plag.
- 4) Mens regia, d. i. Rechtschaffener Christen als geistl. Könige Ruhmwürdiger Königsmuth, Leichpred. auf Regina Goldammerin. Steinau a. d. O. 1665. 4to. 6 plaq.
- 5) Betrübter und leidtragender Christen geisliches Thränen-Schwämlein aus Tobias 2. 18. bey Christlicher Beerdigung Frauen Rosinä geb. Körnerin, Hrn. Melch Waltheri Diaconi zu Rawitsch in Gros-Polen Hauss-Ehre, fürgestellt. Breslau 1668. 4to. 3 plaq.

Conferatur de eo: Christiani Ezechielis Silesia litterata, Mst. p. n. 256. Sigism. Justus Erhardt Presbyterologie des Evangel. Schles. Theil 3. Abtheil. 1. pag. 294. M. Erdmann Neumeister Diss. de Poëtis germanis, p. 9. M. Laurent. Puschmann der Gläubigen Freude im Herrn aus Psalm 73.

49. in einer Leichpred. auf den Gottfr. Arnhold etc.  
fürgestellet, Lissa 1700. 4to. 8 plag.

II. M. Joannes Brachmann, Fraeses et Inspector Ludi Frau-  
stadiensis (Wschoviensis).

Primas hausit autas Lignicili Silesiorum a. 1571 Domi-  
nica I. p. Trinit. quae fuit die 17. mēnsis Junii, patre Matthaeo  
cive et tinctore ibidem, matre Martha Köckritz. A parenti-  
bus destinatus erat ad artem tinctoriā, sed affinis ejus Leon-  
hardus Krenzheim Superintendentis ibidem voluit, ut ad studia  
transiret. Idcirco translatus est in scholam patriam, ubi ha-  
sit usque ad annum 1588, hoc quidem anno Gorlicium profe-  
ctus, ibidem per tres annos et dimidium studiis vacavit, et ad  
altiora tendens primum Lipsensem, porro Vitebergensem aca-  
demiam frequentavit, ubi studiis Medicis et Philosophicis ita  
incubuit, ut anno 1593 a Decano M. Zacharia Beuthero in nu-  
merum Magistrorum receptus sit. Cum autem Cromlovii in  
Bohemia, ecclesiam et scholam Aug. Conf. erigere vellet Do-  
minus et Princeps Petrus Wock Ursinus a Rosenberg, voca-  
tus est ad ordinandam et regendam scholam, isituque fa-  
ctum est anno 1598. Cum autem in vigilia paschatis 1600 man-  
datum publicaretur, ut ecclesia et schola claudatur, dimissio-  
nem accepit, et redux in patriam Rector scholae Frau-stadien-  
sis factus est; porro ab anno 1607 Rector scholae Guranae  
fuit usque ad diem 8. Novembr. anni 1628, quo die et  
anno schola ecclesiaca a Catholicis clausa est. Emigrare co-  
actus viam direxit in Poloniam, et Frau-stadii die 2. Decembr.  
1629 Inspector Ludi scholastici factus, et die 21. ejusdem men-  
sis solenniter introductus est.

In conjugio vixit a d.e 12. mēnsis Augusti 1602 cum  
Margaretha, Petri Stoltz mercatoris Frau-stadiensis filia, e  
qua suscepit filium unum tenerima aetate mortuum, et tres  
filias. Obiit tandem die 28. Augusti 1631, natus 62 ann. 2  
mens. 14 dies.

De scriptis ejusdem mihi innōtuit:

- 1) Oratio de reuerendo et clarissimo Theologo et Chronologo  
Dno. Leonhardo Crenzheim Franco nobili, die IV. Junii  
1599 recitata Crumlovii Boh. in schola Aug. Confess.

- 2) De parvolorum ante baptismum extinctorum salute apologia.  
3) Paraenesis de nobilitate et dignitate hominis, recitata in  
schola Frau-stadiensi. Lignicili 1602. 4to. 5½ plag.  
4) Specimen philosophici tyrcisii, de carnea Wschovensis ab-  
ortus galea, in schola recitata VIII. Nov. 1603. Lignicili  
4to. 6 plag.  
5) Circenses scholae Gourensis Panegyres, exhibentes I. Pro-  
gramma. II. Scopum scholae. III. Generalem lectionum  
analysis. Lignic. 1607. 4to. 2 plag.  
6) De dilectionis immortalitate. Lignic. 1612. 4 plag.  
7) Oratio de Vno Vnico prima.  
8) — — de Vno Vnico altera, in schola Gurana die Leon-  
hardi 1615 habita. Lignic. 1615. 4to. 4 plag.  
9) — — de scholarum utilitate admonitio, habita d. 17. Octob.  
1616. Glogov. 1616. 4to. 3 plag.  
10) — — Dilectionis in gratiae templo adumbratio, habita 22.  
Decemb. 1623. Glogov. 1623. 4to. 3 plag.  
11) De vero Αλσκτρῳ - μαχιᾳ usu.  
12) De matutini temporis utilitate.  
13) De trito Terentii verbo: (quot homines, tot sententiae).  
14) Quot capita tot sententiae.  
15) De quaestione: An cruentae pluviarum guttae inane?  
16) Generalis in III. Lib. Ciceronis de Oratore tabula; et for-  
san plura exstiterunt.

Conferatur de eo: C. Ezechiel Siles. litt. Mst. p. m. 244 S.  
J. Ehrhardt Presbyter. Th. 3. Abtheil. 1. p. 282. Samuel  
Friedrich Lauterbach, Leben Valerii Herbergers. Leipzig  
1703. 8vo p. 56. Ejusdem Frau-städtisches Zion P. II.  
Sect. III. Cap. II. p. 449. M. Joh. Sigism. John Parnassus  
Silesiacus Cent. II. p. 37.

III. Paulus Clapius, Pastor in Ober-Pritschen apud Frau-  
stadienses.

Natus 1594 Petersdorfi in principatu Saganensi, pa-  
tre Paulo Pastore loci, matre Praxede Schmid. Anno aetatis  
suae nono 1603 parentibus orbatus est. Primum privatim in  
 pago Crantz informatus, porro studia prosecutus est Hethaniae  
et Vratislaviae, et tandem Academiam salutavit Vitebergen-  
sem.

sem. Redux in patriam primum factus est. 1625 substitutus in Tschepplau in circulo Glogoviensi, porro Pastor in Ober-Pritschen apud Fraustadienses, ordinatus ad id munus Lignicci die 8. Aprilis 1636 et die 10. Aprilis Dominica Palmarum eiusdem anni primam habuit conacionem. Conjugium intravit 1638 cum Anna, Petri Biber Seabini et pannificis Wolaviensis filia, quae ei peperit duos filios et quatuor filias. Tandem vitam cum morte commutavit die 14. Iuli 1658, aetatis 64 ann.

De scriptis ejus mihi nihil innotuit.

Conferatur de eo: S. F. Lauterbach *Fraustädtisches Zion*, P. II Sect. VI. Cap. II. p. 508. S. J. Ehrhardt *Presbyt.* Theil 3. Abtheil. 1. p. 231.

#### IV. M. Elias Dominici, Pastor et Consenior in Sabrova.

Natus Guraviae Silesiorum, parentibus mihi adhuc ignotis. Primum factus est Rector in Schmiegel, posthaec in Lissa, et tandem Pastor et Consenior factus est Sabroviae in Polonia majori.

De scriptis ejusdem mihi innotuit:

- 1) Erstes Monaths Tage Gesätzlein, des geistl. Biblischen Jahr Crantzes, von allerhand schönen wohlriechenden und herz-erquieckenden Lehr und Trost Blümlein der vornehmsten Grundsprüchen und Zeugnissen A. u. N. Testaments, aus dem geistl. Würtzgärtlein der heyl. göttl. Schrift abge-pflücket, und mit den nöthigsten Lehrposten Christl. Religion und Glaubens Artickel nach Anzahl der Monaths Tage im Jahr, und ordentlichster Lehr Art der Gottes Gelehrheit mit Fleiss zusammen gesetzet. Lissa 1669. 4to. 4 plag.
- 2) Zweytes Monaths Tage Gesätzlein etc. Lissa 1678. 4to. 4 plag. Conferatur de eo: Joh. Sinapii Olsnographia; Leipzig 1706. 8vo. Parte II. p. 499. C. Ezechiel, Siles. lit. Mst. p. m. 326.

V. Joannes Caspar Eberti, ecclesiae evangelicae apud Zdu-nenses in Polonia majori Pastor et Inspector scholae, et Consenior ecclesiarum A. C. J. addictarum.

Vitam accepit die 6. Februarii 1677, in Neukirch di-strictus Goldbergensis, patre Joanne Christophoro, admini-stratore in praediis L. B. a Zedlitz, matre Anna Maria Briese.

Pri-

Prima literarum fundamenta Goldberga jecit; porro anno 1693 frequentavit Gymnasium Elisabetanum Vratislaviae. Ad altiora tendens Vitebergam adiit anno 1697, ibique studio theologicō incubuit; anno vero 1699 Jenam ivit, et anno 1701 redux in patriam factus est Paedagogus apud juniores L. B. de Goitschelkowsky, et porro apud L. B. a Dyhren. Anno 1708 vocationem accepit ad Correctoratum Zdunensem, eodemque anno die 26. Octobris ad Pastoratum Kobylinensem, et anno 1709 ad hoc munus ordinatus, quo anno etiam a Russis spoliatus et abductus est. Die 22. Augusti 1710 factus est Pastor secundarius apud Zdunenses, et andem anno 1714 pri-marius. Anno vero 1744 munus Senioris circuli Bojanoviensis ei oblatum est. Tandem initio anni 1758 emeritus factus, diem supremum obiit d. 1. Maii 1760. In conjugio bis vixit, pri-mum 1709 cum Eva Rosina, Ferdinandi a Buchwitz filia natu-minima, quae lue pestifera sine liberis obiit; altera vice 1711 cum Anna Helena, Assessoris et aurifabri N. N. Beck, et Rosinae Murave filia, nata die 6. Martii 1695, moriuā 1725, ex qua suscepit quinque filios duasque filias, e quibus quatuor filii in juventute mortui sunt. Superstites vero fuerunt: 1) Ernestus Ephraim Eberti, Medicinae Doctor et Physicus civitatis cir-culique Francofurtensis cis Viadrum, qui obiit die 24. Augu-sti 1782. 2) Maria Helena Eberti vidua a Dombrowski, et 3) Rosina Beata Eberti, Joannis Christiani Goltz Pastoris in Muhlatschitz et Postelwitz circuli Berolstadiensis relicta vidua.

Scripta ejusdem sunt:

- 1) Disp. de Leonhardi Krenzheimii vita et doctrina, prae-side Joann. Christ. Mosemanno. Viteb. 1699. 4to.
- 2) Peplus bonorum ingeniorum Goldbergensium. Centuria I. Olsnae 1704. 8vo. 3½ plag.
- 3) Eröffnetes Cabinet des gelehrten Frauenzimmers. Frft. und Leipz. 1706 8vo. 1 Alph. 3½ plag.
- 4) Leorinum eruditum. Wratisl. 1714. 4to. 9 plag.
- 5) Cervimontium literatum. Centuria I. Vratisl. 1726.
- 6) Schlesiens hoch und wohlgelehrtes Frauenzimmer. Bressau 1727 8vo. 5 plag.
- 7) Verschiedene Leichen Predigten.

B

Scri-

Scripta promissa sed non edita:

- 1) Lebensbeschreibungen Schlesischer Theologen, Juristen, Philosophen, Aerzte.
- 2) Apes Schwidnenses.
- 3) Theologi Silesii semi-seculares.
- 4) Peplus bonorum ingeniorum Goldbergensium, Centuria II.
- 5) Apes Chrysorini.
- 6) Bibliotheca Silesiaca de scriptoribus virisque doctis, qui vel ortu Silesii vel habitatione fuerunt.
- 7) Cervimontium literatum, Centuria II.
- 8) Silesii eruditi, non Silesii.
- 9) De nobilitate Silesiorum erudita.
- 10) De doctoribus scholasticis Silesiae semi-secularibus.
- 11) Aurimontium gloriosum, d. i. der Stadt Goldberg sonderbare Begebenisse.

Conferatur de eo: Sam. Abrah. Lauterbach Beyträge zur dissidentischen Kirchen-Geschichte von Gros-Polen. Bresl. 1788. 4to. pag. 31. 32. 43. 41. 42. Dasselben historische Nachrichten von Gelehrten, welche den Geschlechts Namen Fuchs führten. Bresl. 1783. 4to. p. 29. 36 M. Christ. Phil. Koellner schediasma de eruditis Wolavia oriundis. Lips. 1723. 8vo. p. 57. M. Ernst Daniel Adami, das gelehrt Landeshut in Schlesien. Bressl. u. Leipz. 1753. 8vo, p. 145. J. C. Eberti, Leotinum eruditum, p. 11. Ejusdem Cervimontium literatum Cent. I. p. 32. 80. 94. 95. 136. Christ. Rungii notitia historicorum, Mst. P. I. Sect. IV. Cap. V. §. 3. Sect. VI. Cap. I. §. 10. Cap. II. §. 8. et 13. Sect. VII. Cap. II. §. 4. Cap. III. §. 5. 6. Gelehrte Neuigkeiten Schlesiens ad annum 1737. p. 512. etc.

VI. M. Joannes Faust, Pastor Schmiegelensis, et Senior generalis in Polonia majori.

Mundum hunc intravit Glogoviae majoris anno 1594, patre Georgio tunc temporis Diacono ad S. Nicolaum ibidem. Primum scholas frequentavit Reichenbachii, Svidnickii et Vratislaviae, denique Vitebergensem et Francosurtanam Academiam, ubi etiam anno 1616 Magisterii titulo ornatus est. Anno 1617 die 19. Aprilis Rectoratum scholae Glogoviensis acce-

cepit. Vi reformationis anno 1628 exul factus in Poloniam migravit, mansitque ibidem tam diu, donec exercitus Saxonici Dux ab Armin Glogoviam recuperaverit; hoc tempore in patriam rediit, factusque est anno 1632 Archidiaconus ad S. Nicolaum, et die 29. Sept. 1633 ad Pastoratum accersitus est. Cum autem Lutherani ecclesiam S. Nicolai die 1. April. 1634 cedere coacti essent, iterum exul in Poloniam ivit, ubi anno 1637 Pastor in Schmiegel, et in Synodo Fraustadiensi die 15. Junii 1645 Senior generalis in Polonia majori factus est. Tandem anno 1654 obiit. In conjugio vixit cum Regina, Davidis Knobloch Rectoris in Glogovia filia secunda, e qua suscepit filium Joachimum Fridericum, qui patris successor fuit.

Ex scriptis ejusdem mihi tantum innotuit:

Gast Predigt in der Evang. Kirche zu Gurau Dominaica Palmarum 1621 über Zach. 9. 9. und Matth. 21. 5 gehalten, quae typis evulgata est.

Conferatur de eo: S. J. Ehrhardts Presbyt. Th. 5. Abtheil. 1. p. 82. S. F. Lauterbach Fraustädtisches Zion. Th. II. p. 415. Mich. Morgenbesser Geschichte der Evang. luther. Schule zu Gros-Glogau Glogau 1809. 8vo p. 36.

VII. Jeremias Gerlach, Pastor in Schlichtingsheim et Senior generalis ecclesiarum A. C. in Polonia majori.

Lucem adsperxit die 7. Junii 1625 in Schreibersdorf, qui pagus est in districtu Landeshutano, patre Christophoro pastore loci, matre Martha, Jeremiae Ulmanni Pastoris apud Waldenburgenses filia. Patrem, qui in spoliatione a militibus vulneratus erat, amisit anno 1633. Studiorum fundamenta fecit in schola Goldbergensi et Cuprimontana, tandem Vratislaviae in Gymnasio Magdaleno studia per duos annos ita prosecutus est, ut idoneus aestimaretur Vitebergam adire, ubi per biennium studia continuavit, donec penuria patriam repetere eum coegerit, ubi mox vocatus ad Pastoratum in Katschkau, et ad id ordinatus est Vratislaviae anno 1647 die 14. mensis Junii. Cum autem die 29. Januarii 1654 templum in Katschkau a Commissariis caesariis clauderetur, in exilium ire coatus, in Polonię se contulit, et mox vocatus est ad

storatum in Saborova, ubi per biennium fideliter docuit; post haec ad pastoratum in Reisen, (Rydzyn) promotus fuit, ubi tantum per menses tres fuit. Propter calamitates belli et quia Bibliotheca ejus domusque in incendio Lissensi corruptae erant, iterum exul factus est, contulitque se in Nieder-Tschirna, ubi in arce ab anno 1657 securitatem et quietum invenit. Anno vero 1657 vocationem ad Pastoratum in Schlichtingsheim accepit, ubi docendo, praedicando, aliisque officiis magnum meruit applausum. In Conventu statuum evangelicorum et presbyteri, qui 1664 Bojanovae erat, factus est Consenior, et anno 1669 Senior generalis ecclesiarum Augustanae Confessionis in Polonia Majori. Tandem laboribus et morbis desessus ad altiora abiit die 13. Februario 1672 mane circa horam secundam.

In Conjugio vixit a 20. Sept. 1647 cum virgine Christina, Matthaei Arnhold Pastoris in Grotz Tschirna filia, quae peperit tres filios septemque filias, e quibus filius unus duaeque filiae ante patrem mortui sunt.

Scripta ejus sunt:

- 1) *Lobgesang zu Ehren Gott dem Heiligen Geiste.* Wittenb. 1646.
- 2) *Das Lied: Treuer Gott lass den Tod mich nicht fällen etc.*
- 3) *Zu M. David Grotke Past. in Driebitz: Erklärung des Catechismi Lutheri, hat er die Vorrede gemacht.*
- 4) *Leichen Predigt auf Herrn Theophilum Pitiscum Past. in Bojanowa, aus Jerem. 51. 3. sub titulo: Consumata felicitas.* Liegn. 1657. 4to.

Conferatur de eo: S. J. Ehrhardt Presbyt. Th. 3. Abtheil. 1. p. 243. 486. Joh, Casp. Wetzels Liederdichter Th. 1. p. 322. M. Geor. Scultetus Hymnopoei Silesiorum Decas I. p. 15. C. Ezechiel Silesia litt. Mst. p. m. 257. M. Erdm. Neumeister de poëtis germanicis p. 38. M. Gottlob Kluge Schles. Liederdichter Decas II. p. 112. Ejusdem Evangelischer Begräbniss Lieder Commentarius p. 712. M. Ernst. Dan. Adami gelehrtes Landeshut, p. 109. Und die seiner Leichenpredigt beygefügten Personalien.

VIII. M. Zacharias Hermann, Pastor et scholarum Inspector Lissae, Seniorque generalis ecclesiarum addictarum inviatae Augustanae Confessioni in Polonia majori.

Natus Namslaviae die 3. Octobr. 1643, patre Elia, administratore feudorum castrenium ibidem, matre Anna Thomas. Usque ad annum duodecimum privatissime informatus est, tandem anno 1656 in Gymnasium Magdalenaum, quod Vratislaviae est introducius, ibique studiis scholasticis absolitus anno 1664 post festum Paschatis Jenam abiit; mense Augusto anni 1667 gradum Magisterii sub Decanatu Bosii accepit. Circa festum Pentecostes anni 1669 ex Academia in patriam rediit, et postquam Vratislaviae in primariis templis parochialibus quasdam conciones itinerarias habuerat, vocationem ad Diaconatum in Lissa accepit, Vratislaviae examinatus, et die 27. Sept. 1669 ordinatus est. Posthaec Lissam profectus, ibidem die 13. Octobr. 1669, qui est Dominica XVII. p. Triniti-introductus est, concionemque primam pomeridianam habuit. Anno vero 1681 ad Pastoratum et Inspectoratum scholarum ascendebat et hoc munus Dominica Invocavit, qui erat 23. Febr. ejusdem anni intravit. Porro factus est die 12. Maii Senior generalis ecclesiarum addictarum A. C. in Polonia majori. Tandem die 10. Decembr. 1716 ad patres abiit.

In Conjugio vixit primum ab anno 1670 cum virgine Susanna Catharina, Godofredi Linke civis et mercatoris Vratislaviae reliqua filia natu minima, mortua die 11. Aug. 1691, e qua nati sunt tres filii: Elias Godofredus, Zacharias in tenera aetate mortuus et Daniel. Secundum conjugium init anno 1692 cum virgine Catharina Veronica, Martini Heider J. U. Licent. Freistadii Silesiorum reicta filia natu minima, quae obiit die 10. Nov. 1710, e qua suscepit septem filios unamque filiam.

Scripta ejusdem sunt:

- 1) *Wiederholt Form und Abtheilung der von ihm gehaltenen Predigten über die Sonntäglichen und etlichen Fest Evangelia des 1681 Jahres.* Lissa 1682. 8vo. plag. 4.
- 2) *Geistliche Singe-Lust in etlichen sonderbaren Liedern Gott zu Ehren und frommen Hertzen zur Andacht und Erquickung angestellet.* Lissa 1695. 8vo. plag. 2.
- 3) *Frommer Christen seufzende Seele und singender Mund in Gebeten und Liedern.* Brefsl. u. Leipzig. 1722. 12. oblong. plag.

plag. 12. (opus posthumum a filio M. Dan. Hermanno editum) etiam 1739. 8vo.

4) Verschiedene Leichenpredigten:

- a) Abdankung auf Heinrich Hütte 1678. 4to. plag. 2.
- b) — — — auf Joh. Georg. Graff. Lissa 1681. 5to. plag. 1.
- c) Leichpred. auf Regina König, geb. Goldammer. Lissa 1684 4to. plag. 6
- d) — — — auf Rosina Keil, geb. Profe. Lissa. 1687. 4to. plag. 4.
- e) — — — auf Caspar Gräber. Lissa 1690. 4to. plag. 4.
- f) Abdankung auf Marthe Pfeffer, geb. Mende. Lissa 1690. 4to. plag. 3.

et forsitan plura, quae mihi non nota sunt.

Conferatur de eo: C. Ezechiel Siles. liter. Mst. p. m. 280. M. Göttlob Kluge schles. Liederdichter Dec. 2. p. 227. Ejusdem. Evangel. Begräbniss Lieder-Commentarius p. 3. 612. J. C. Wetzels Liederdichter P. IV. p. 228. M. Geor. Scultetus Hymnopoëi Silesiorum Dec. II. p. 24. M. Joann-Christ. Leuschner ad Conradi Sil. tog. Spicil. I. Grundmann ofsa et cineres anno 1717 defunctorum p. 43. et Suppl. p. 10, 11.

IX. Matthaeus Judex, sive Richter, Concionator aulicus Lignicciae, post Pastor Fraustadiensis et tandem Trebnicensis.

Natus Vratislaviae, ibidem etiam studia scholastica didicit, et Vitebergae-academica absolvebat. Cum autem vocationem accepisset ad Pastoratum aulicum Lignicensem, Vitebergae ordinatus est. Anno 1551 factus est Pastor in Fraustadt, et concionem auspicalem die 2. Aprilis feria I. festi paschalisi dixit, sed anno 1554 rediit ad stationem suam in Lignitz. Iterum pastoratum in Fraustadt 1557 aggredisus ibi mansit usque ad annum 1561; nescio, ubi degebat ab anno 1561—1567, quo anno factus est Pastor in Trebnitz, ubi etiam mensa Novembri anni 1584 mortuus est. In Conjugio vixit cum Wernerii Reichel Notarii Fraustadiensis filia.

De scriptis ejusdem mihi nihil innotuit.

Conferatur de eo: S. J. Ehrhardt Presbyt. Th. IV. Abtheil. I. 167. S. F. Lauterbach Fraustädtisches Zion p. 85. 91. Gottlieb

Heb Fuchs Reform. Geschichte des Fürstenthums Oels. Bresl. 1779. 8vo. p. 324. 653.

X. Andreas Knobloch, Pastor primum Grünbergensis, porro Fraustadiensis, et tandem Francosteinensis.

Natus fuit Leobergae Silesiorum, studijs academicis incubuit Vitebergae. Anno 1549 factus est Pastor in Grünberg, et die 10. Decembris 1554 Fraustadii, ubi primus erat Pastor, qui die 18. Maii 1555 sacram administravit coenam sub utraque specie. Anno vero 1556 factus est Archidiaconus Leobergae, et tandem Pastor in Frankensteine anno 1561, ibi demque die 6. Novembris 1573 mortuus est. Filium reliquit Davidem, qui Rector scholae Glogoviensis fuit.

De scriptis ejusdem mihi nihil innotuit.

Conferatur de eo: J. C. Eberti Leorinum eruditum p. 30. S. F. Lauterbach Leben Valerii Herberger p. 16. Ejusdem Fraustädtisches Zion p. 86. S. J. Ehrhardt Presbyt. Th. III. Abth. I. p. 137. 426. Abth. II. p. 386. nat. k.

XI. M. Joannes Lehmann, Pastor in Fraustadt et Protoscholarach.

Natus Namslaviae die 13. Martii 1640, patre M. Joanne, tunc temporis Archidiacono et Pastore Polonico ibidem, matre Anna Schüller. Anno 1653 Gymnasium Magdaleneum Vratislaviae intravit, et 1661 Vitebergensem Academiam petiit, ubi die 2. Maii numero studiosorum adscriptus est, ibidem etiam mense Aprili 1663 sub Decanatu Andreae Sennerti Magisterii titulo ornatus, et tandem in numerum Adjunctorum facultatis philosophicae receptus est. Anno 1670 vocatus est ad Decanatum ecclesiae ad praesepe Christi, quae Fraustadii est, et die 19. Februar. quae fuit Dominica Sexagesima, introductus est. Anno vero 1674 ad Pastoratum ascendebat, in qua statione anno 1701 die 16. Januar. quae fuit Dominica II. p. Epiph. in Cathedra in media concone apoplexia tacitus, et domum portatus, hora 4 et dimidia pomeridiana placide obiit, natus 61 annos, minus 7 hebdom. et quinque diebus, Ministerii 31, conjugii vero 30 anno.

Con-

Conjugium init die 15. Aprilis 1673 cum virginе Susanna, Matthaei Bergemann civis et mercatoris Fraustadiensis filia, e qua suscepit novem filios filiasque sex, e quibus tantum 2 filii et 4 filiae patri superstites fuerunt.

De scriptis ejusdem mihi innotuerunt haec:

- 1) De firmamento coeli exercitatio philologica ex Gen. I. com. 6. 7. 14. 15. respondentе Caspare Weissig Steinoviens. Sil. die 27. Aprilis 1664. Witteb. 4to. plag. 2.
- 2) Exercitatio II. eaque physica de firmamento coeli, resp. Joan. Crusio Vratisl. Sil. d. 21. Dec. 1664. ibid. 4to. plag. 2.
- 3) Diss. historica de Serapide Aegyptiorum Deo maximo contra scriptores in daemonis illius cultu, ΑΙΓΑΙΟΘΕΩΣΕΙΝ Josephi propugnantes, resp. Petr. Schröer, Vrat. Sil. d. 26. Maii 1666. ibid. 4to. plag. 2.
- 4) Diss. historicarum prima, de Monarchis Afsyio. Medieo-Babylonicis, resp. Christianus Egen, Vrat. Sil. d. 24. Oct. 1666. ibid. 4to. plag. 2.
- 5) Diss. hist. secunda, de Monarchis Persicis, resp. Joh. Scheadius Torga. Misn. d. 24. Nov. 1666. ibid. 4to. plag. 2.
- 6) Historiam Alexandri magni dissertatione historica descriptam, resp. Jo. Ad. Buch, Merxheimio. Hunnus, d. 30. Jan. 1667. ibid. 4to. plag. 2.
- 7) Exercitatio historica de regibus diuisi imperii Graeci, resp. Jo. Schop, Hal. Sax. d. 16. Febr. 1667. ibid. 4to. plag. 2.
- 8) Diss. hist. quinta, exhibens imperatores siue Caesares Romanos priores, resp. Jo. Christoph. Wachsmuth, Schmiedberga Saxo. d. 27. April. 1667. ibid. 4to. plag. 2.
- 9) Diss. hist. Caesares exterarum nationum repraesentans, resp. Jo. Balth. Büttner, Wolaviens. Sil. d. 7. Novemb. 1668. ibid. 4to. plag. 2.
- 10) Diss. historico-politica de Vratislavia Silesiae metropoli. Aut. et resp. Jo. Andr. Mauersberger, Vrat. Sil. d. 13. Nov. 1668. ibid. 4to. plag. 3<sup>½</sup>.
- 11) Diss. hist. septima, de imperatoribus Romano. Graecis, resp. Godofr. Gosky, Winzinga. Sil. d. 24. April. 1669. ibid. 4to. plag. 2<sup>½</sup>.
- 12) Diss. philologica, de principio orationis, resp. Andr. Röbler, Vratisl. d. 29. Junii 1669. ibid. 4to. plag. 5.

- 13) Diss. hist. ultima, Caesares Romano-Germanos ad vitam revocans, resp. Christ. Frimel, Uratisl. d. 14. Jul. 1669. Witteb. 4to. plag. 4.
- 20) Leichenpredigt auf Margaretha Lamprecht, geb. Sachs. Frau-stadt 1688. 4to. plag. 8.  
et forsitan alia.

Conseratur de eo: S. F. Lauterbach *Fraustädtisches Zion*, p. 592, 672. J. C. Leuschner ad Cunradi Silesiam togatam Spicil. XXV.

## XII. M. Melchior Maronius, Pastor ecclesiae Augustanae Confessionis apud Lesnenses.

Natus fuit Guraviae die 10. Novemb. 1603, patre Jacobo cive et murario, matre Martha Hentschel. Studiorum fundamenta in schola patria jecit, et mense Aprili 1621 Academiam Vittebergensem adiit, ubi etiam 1623 sub Decanatu D. Aug. Büchneri Magisterii titulo ornatus est. Anno 1624 die 27. Decembr. vocationem ad Pastoratum in Droschheyde accepit, et ad id munus Lipsiae die 5. Januarii 1625 ordinatus est. Anno vero 1632 Pastor apud Lesnenses factus, et tandem die 27. Maii 1642 hydrope mortuus est. Conjugium init die 22. Apr. 1625 cum virginе Anna, Bartholomaei Reinhold mercatoris in Gurau filia, e qua suscepit duos filios, quatuorque filias.

De scriptis ejusdem mihi innotuit:

- 1) Einweihung der New Lissawischen Kirche, 1. Adv. 1633. Polnisch Lissaw 4to. plag. 9<sup>½</sup>.
- 2) Aureum bene vivendi et moriendi artificium, Leichpred. auf Andreas Böse. 1638. 4to.
- 3) Wahrhaftige Kennzeichen aller rechtschaffenen Christen ex Apoc. XII. 4. bey dem Leichbegängnuss Catharinę. Mich. Hempels Bürgers und Handelsmannes zur Lissaw hertzgel. Tochter, ibid. 1641. 4to. plag. 7.
- 4) Thesis et Antithesis Crucis et Lucis Paullina, Leichpred. auf Mich. Pollugen. ibid. 1641. 4. plag. 6<sup>½</sup>.
- 5) Status fidelium in hac ecclesia militanti, Leichpred. auf Helena v. Stang, geb. v. Uechtritz, Herrn David v. Stange auf Stondorff Gemahlin, ibid. 1641. 4to.

Conferatur de eo: S. J. Ehrhardt Presbyt. Th. III. Abtheil. I.  
p. 483. J. C. Leuschner ad Cunradi Siles. tog. Spicil.  
XVIII. C. Ezechiel Sil. lit. Mst. p. m. 282.

XIII. Fridericus Opitz, Pastor ecclesiae A. C., quae est Sie-  
niutoviae in Polonia majori.

Natus 1611 in Krum-Wolau, qui pagus est in Duca-  
tu Wolaviensi, patre praetore pagano ibidem. Studia acade-  
mica absolvebat Francosurti ad Viadrum. Ordinatus Ligni-  
eii die 11. Novemb. 1636 ad Pastoratum in Koiskau et Cam-  
pern; calamitatibus belli et fame anno 1642 inde pulsus, emi-  
gravit in Poloniam, et factus est anno 1643 Pastor in Sieniu-  
tova in Polonia majori, et tandem 1648 Pastor in Herren-Mo-  
tschelnitz, ubi etiam anno 1683 obiit, natus 72 annos. In con-  
jugio vixit cum Anna nata Tschepe, quae inter alios genuit  
filium Godofredum, qui Pastor in Jutroschin factus est.

De scriptis ejusdem mihi tantum innotuit:

*Das seelige Hinziehen der Kinder Gottes aus dem Angstbabel  
dieser Welt ins heimliche Jerusalem, aus Baruch IV.  
19—23. Leichpred. auf Euphrosine und Anne Dorothee,  
gest. 10. u. 15. May 1667, Töchter des Past. Johann Kay-  
ser in Beschiene. Liegnitz 1667. 4to plag. 4.*

Conferatur de eo: S. J. Ehrhardt Presbyt. Th. III. Abtheil. II.  
p. 493. Theil IV. p. 711. S. Abr. Lauterbach Berträge zur  
Dissidentischen Kirchen Geschichte in Poten p. 18 M. G.  
C. P. Koellner de eruditis Wolavia oriundis, p. 57 Friedr.  
Scultetus Kirchen Visitation im Fürstenthume Wohtau,  
Mst. p. m. 26.

XIV. M. Joannes Pitiscus, Pastor ad praesepem Christi apud  
Fraustadienses.

Vitam accepit in Schwibus die 21. Sept. 1539, patre  
Hans Pietschky Scabino et pannifice. Primum frequentavit  
Grünenbergensem, deinde Vratislauensem scholam, porro anno  
1558 in Academiam, quae Vitebergae est, abiit, ibique anno  
1562 Magisterii titulo ornatus, et hoc anno etiam vocatus est  
ad Baccalaureatum scholae in Schwibus. Anno vero 1566 die  
5. Januarii factus est Diaconus in Lauban, et anno 1567 Ar-  
chi-

chidiaconus ibidem. Pastoratum in Fraustadt nactus est anno  
1568, et iterum vocatus est 1576 ad pastoratum in Lau ban,  
ubi tamen resignavit, et die 10. Decembr. 1577 abiit, et Gu-  
raviae hoc anno Diaconus, et porro 1590 Pastor factus est.  
Sed coactus erat anno 1592 munere se abdicare; hoc quidem  
anno mense Novembri vocatus est ad Pastoratum et Superin-  
tendenturam in Miltsch, ubi vero anno 1593 in cathedra apo-  
plexia tactus, et anno 1594 emeritus factus est, obiitque 1598.  
In Conjugio bis v. xit, prima vice cum Hedvige, Balthasaris Präfer  
Senatoris in Guben filia; secunda vice cum Ursula, M. Vale-  
riti Gaunersdorf Pastoris in Fraustadt filia, e quibus suscepit  
a prima conjugi filiam Hedwig, a secunda filium Joannem Pa-  
storem in Geyersberg prope Fraustadt, et Theophilum pasto-  
rem in Neu-Bojanowa.

De scriptis ejusdem mihi innotuit:

- 1) Kunst-Büchlein von der allerschönsten, nöthigsten und nütz-  
lichsten Kunst der Christen, zu gebrauchen in allerley  
Noth, Creutze und Elende dieses sattsamen mühseligen Le-  
bens. Frankf. a. d. O. 1588. 8vo. plag. 18.
- 2) Kreutz und Trost-Büchlein vor Krancke und Sterbende. Leip-  
zig 1590. 8vo.
- 3) Knritz und gut des heiligen Geistes. 1595 cum præfatione M.  
Nathanielis Tilesii.

Conferatur de eo: S. J. Erhardt Presbyt. Th. III. Abtheil. I.  
p. 267. S. F. Lauterbach Leben Val. Herbergers, p. 209.  
Ejusd. Fraustädtisches Zion, p. 109. Schles. Samlung klei-  
ner auserlesener Schriften Th. III p. 542. Abr. Sam.  
Gottlieb Lauterbach, einige Nachrichten zur Gelehrten Ge-  
schichte der Stadt Miltsch, Bresl. 1788. 8vo. p. 12. Dav.  
Gottfr. Arnhold die allgemeine Wunderkraft der Liebe Got-  
tes etc. Leichpred. auf Theophilum Pitiscum, Past. in Neu-  
Bojanowa. Liegn. 1658. 4to. plag. 6<sup>1</sup>, e qua concione S. J. Ehr-  
hardt, et Sam. Abr. Gottli. Lauterbach emendari posunt.

XV. M. Jacobus Rollius, Director et Inspector scholae, qua-  
se Fraustadii est.

Natus fuit Glogoviae majoris die 6. Maii 1592, pa-  
tre Ioanne cive et iorario, matre Barbara Roeser. Educatus  
in

in schola patria, studiis vero academicis Lipsiae et Viteber-  
gae incubuit, ibidem etiam in Magistrum promotus est. Re-  
dux ex Academia vocatus est die 7. Januarii 1616 ad Conre-  
ctoratum scholae patriae, quem administravit usque ad diem  
27. Octobr. 1628, quo die exercitium Augustanae Confessionis  
Glogoviae majoris per cohortes Lichtensteinii ejectum est.  
Igitur coactus erat ad emigrandum, et Steinam ad Oderam  
se contulit, ibique anno 1630 Cantor et Collega, et an-  
no 1631 Rector scholae factus est, anno vero 1632 Director et  
Inspector scholae Fraustadiensis, ubi etiam die 5. Decembris  
1645 diem suum obiit. In Conjugio bis vixit 1) cum virginе  
Elisabetha, Davidis Preybisch Senatoris in Bunzlau (Bolesla-  
viae) filia, a qua nati sunt tres filii unaque filia, qui omnes  
in tenerima aetate mortui sunt; 2) anno 1626 cum Ursula  
Buchner, vidua Casparis Rebiger Senatoris Glogoviae, e qua  
suscepit duos filios unamque filiam.

Scripsit inter alia:

- 1) Primordium latinae linguae; saepius excusum.
- 2) Verschiedene Parentationen.

Conferatur de eo: S. J. Ehrhardt Presbyt. Th. III. Abtheil. I.  
p. 140. Mich. Morgenbesser Geschichte der evangel. Schu-  
le zu Gr. Glogau, p. 43. S. F. Lauterbach Fraustädtisch.  
Zion, p. 457.

XVI. Georgius Schramm, Pastor et Scholarcha ecclesiae Aug.  
Confess., in Fraustadt.

Natus Gryphergae die 22. Septemb. 1611, patre Geor-  
gio tunc temporis ibidem Conrectore, matre Ursula Wehner. Scho-  
lam patriam frequentavit primum usque ad annum 1624, quo  
anno se contulit in scholam Leobergensem, sed mox domum  
rediit, ubi tum lues pestifera graffabatur; infectus tamen morbo  
feliciter periculum evasit et sanatus est. Anno 1626 die 19. Marti  
scholam intravit Boleslaviensem; quia autem pater hoc an-  
no die 11. Decembr. diem supremum obierat, missus est a cura-  
toribus sibi institutis in Gymnasium Elisabetanum, quod Vra-  
tislaviae est. Anno vero 1630 Lipsiam petiit, ibique studiis ju-  
ridicis incubuit. Cum autem Lipsia a Generali Caesareo Co-  
mite de Tilly recuperata esset, fugam petiit, et redux in pa-  
triam

triā a matre persuasus est, ut sese dederet studio theologi-  
co, idcirco anno 1633 Vitebergam se contulit, et anno 1637  
vocationem accepit ad Pastoratum et Superintendentutam in  
Graefenhaynchen non procul a Viteberga, et ad id munus die  
19. Octobr. ejusdem anni ordinatus est. Anno 1647 die 15. Mar-  
ti factus est urbis patriae Diaconus, ibidemque Evangelium  
docuit usque ad initium anni 1654, quo anno templum a Ca-  
tholicis clausum est; quo facto coactus erat ad emigrandum,  
et amplexus est die 11. Februarii ejusdem anni vocationem  
ad Diaconatum Fraustadiensem, et post mortem Pastoris etiam  
die 3. Sept. 1663 Pastor et Scholarcha ibidem factus est. Tan-  
dem die 23. Aprilis 1674 vitam cum morte commutavit. In  
conjugio vixit a die 1. Octobris 1638 cum Magdalena, Geor-  
gii Günther Praetoris in Schmideberg in Saxonia filia, e qua  
suscepit duos filios totidemque filias.

Inter scripta ejusdem mihi innotuit:

- 1) Spiegel menschlicher Abscheuligkeit vnd göttlicher Barmher-  
zigkeit a. d. 16. Cap. Ezechielis in der Kirche zur Wise  
am Queifs d. 11. Merz 1653 bey der Taufe des Johannes  
Jacobus, ersten Söhnlein 3ter Ehe des Herrn Jacobi Rude-  
lli Pastoris daselbst, gezeiget vnd vorgewiesen. Lissa 1655.  
4to. plag. 3 $\frac{1}{2}$ .
- 2) Dreyerley bewehrte Arteney wider des Creutzes Bitterkeit  
vnd dess Todes Tyranny, auf Esaias XXXV. bey Be-  
erdigung der Frau Barbara Hoffmann geb. Johnin, nach-  
gel. Witib des Herrn Caspar Hoffmann Handelsmann zu-  
letzt in Fraustadt, d. 4. May 1657 vorgewiesen. Breslau  
4to plag. 5.

Conferatur de eo: S. J. Ehrhardt Presbyt. Th. III. Abth. II.  
p. 235. S. F. Lauterbach Fraustädtisches Zion p. 563. J.  
C. Leuschner, ad Cunradi Silesiam togatam Specil. XIX.

XVII. Christianus Sigismundus Thomas, Pastor primarius in  
Lissa scholazumque Inspector, et Senior generalis Eccle-  
siarum A. C. in Polonia.

Natus erat in Haynau, oppido in Ducatu Lignicensi die  
14. Maii 1695, patre Christiano coquo et pistore ibidem, ma-  
tre Anna Catharina, nata Vogel. Primum privatim informatus  
usque



usque ad annum aetatis duodecimum, quo anno Gymnasium Goricense adiit. Circa festum Paschatis anni 1714 Lipsiam se contulit, ibique quatuor annos studiis theologicis incubuit. Redux in patriam, Ephorus factus est juniorum Dominorum ab Unruh et Lestwitz. Anno vero 1727 vocatus est ad Diaconatum et Rectoratum in Karge sive Unruhstadt; anno 1730 ad Pastoratum in Broetz, et anno 1736 ad Diaconatum in urbe patria, ubi die 3. Junii, quae erat Dominica I. p. Trinit, ad populum concionem dixit auspicalem. Tandem ei collatum est anno 1737 munus Pastoris in Lissa et Senioris generalis in Polonia majori; in quo munere etiam die 28. Martii 1751 hora decima vespertina apoplexia tactus placide obiit, et die 2. Aprilis honorifice sepultus est.

Scripta ejusdem sunt:

- 1) Kurzgefasste Katechismus Fragen vor die, die des ersten mahl zum h. Abendmahl gehen, Züllichau 1758. 8vo.
- 2) Das am zweyten Jubeljahr in Gros Polen leb. Ev. luth. Ministerium, in Act. histor. eccles. Vinar. Band I. St. 6
- 3) Altes und Neues vom Zustande der Evangelisch Lutherischen Kirchen im Königreich Polen. Breslau 1754. 8vo.
- 4) Verschiedene Vorreden.
- 5) Aufsätze in den gelehrten Neuigkeiten Schlesiens. et forsania.

In Manuscripto reliquit inter alia:

- 1) Collectanea zum Schlesischen Evangelischen Zion in seinen Lehrern.
- 2) Sciographia Haynoviae litteratae.

Conferatur de eo: Schlesischer Büchersaal, Band I. Theil 3. p. 321. J. C. Leuschner ad Cunradi Sil. tog. Spicil. I. S. F. Ehrhardt Presyb. Th. IV. p. 552.

### XVIII. Melchior Walther, Pastor et Inspector Ecclesiae Raticensis in Polonia.

Cunas die 22. Maii 1619 Hirschbergae invenit; eruditus primum in schola patria, et propter calamitates belli tricennialis Vratislaviam petiit, ibidem ab anno 1637 in Magdalenseo Gymnasio studiis incubuit. Anno vero 1641 die 1. Aprilis Francofurtanam petiit Academiam. Accersitus anno 1650 ad Pastoratum in Liebenau Ducatus Vratislaviensis, et Olsnae die

die 2. Martii ejusdem anni ordinatus est, sacra ibidem admisiravit usque ad diem 3. mensis Januarii anni 1653, qua die exul factus est. Anno autem 1656 nactus est Diaconatum, et anno 1674 Pastoratum Raticensem et Inspectoratum scholarum. Munere se abdicavit die 24. Maii 1682. ipso festo Trinitatis, vitamque clausit die 27. Augusti 1683. Coniux ejus Helena nata Deicker anno 1661 mortua est.

Inter scripta ejusdem mihi innotuit:


- 1) Aureum gratis, gratum Viaticum, aus Joh. III. 16. ist die zu Liebenau 1. Jan. 1653 gehaltene Abschieds Predigt. Oels 1654. 4to.
- 2) Threnodia super tumulum Friderici Sculteti Superintendentis Wolaviensis. Vratislaviae 1658.
- 3) Frommer Recht. Christgläubiger Herten Thränen Saat und Frewden Erndte, aus Psal. 126. v. 5 6. bey Beerdigung Fr. Anna Cronin geb. Clapin, Herrn Vincentii Stephani Pastoris in Rawitsch, hinterl. Wittib, d. 16. Nov. 1661 gehalten, Steinaw 1661. 4to. plag. 5.
- 4) Elisabethae piae vietricis columnna mnemonica, aus Joh. II. 10. Steinaw 1662. 4to.
- 5) Das lieblich gefallene Loos, so alle ergötzt, ex Psal. XVI. 6. Lissa 1674. 4to.
- 6) Aller frommen Christen bester Forrath, aus Joh. I. 10. II. Lissa 1676. 4to.
- 7) Eine herrliche im Hertzen verborgene und bestellte Apothecare, voller Seelen erquickender Medicamentis, aus 2. Cor. IV. 17. 18. Lissa 1676. 4to.
- 8) Eines sterbenden Gemüthes itzt hinfahrende Güte, bey Beerdigung des Herrn Martin Weigands Handelsmannes gehalten ex Genes. XLIX. 28—33. Lissa 1677. 4to. plag. 4. Et forte plura, quae nescio.

Conferatur de eo: J. C. Eberti Cervimontium literatum Cent. I. p. 175. J. C. Leuschner ad Cunradi Silesiam togaram Spicil. XV. S. J. Ehrhardt Presyb. Th. I. p. 559. C. Ezechiel, Silesia literata, Mst. p. m. 334.

Habes hic Lector benebole vitas quorundam Silesiorum in rubro tibi promissas. Plura fortasse de iis dicere potuisse, si mihi acquirere licuisset Christiani Sigismundi Thomas *Altes und Neues vom Zustand der Evangelisch lutherischen Kirchen im Königreich Polen, Breslau* 1764 8vo. sed frustra libellum quaeſivi hunc in bibliopolis et bibliothecis nostris tam publicis quam privatis. Contentus igitur esto hocce, quod tibi dedi. Vale et fave. Scripsi Vratislaviae die XII. mensis Januarii A. R. S. MDCCCXVI.



Wojewódzka i Miejska Biblioteka Publiczna im. E. Smołki w Opolu
3083
nr inw. :
Syg. : 5



Wojewódzka Biblioteka  
Publiczna w Opolu

1005 S



001-001005-00-0